Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



+

Et de diuisione regionum. Primo de Japhet et filiorum eius.
Secundo de Cham et filijs et regionibus ipsorum. Vltimo de Sem.

XI. Erat autem terra: De ædificatione Babel, et con-
fusione linguarum. Iteratio de filijs Sem usque ad Abraam
et fratrem eius. De morte Aram et genitis Loth. De
egressu eorum.

XII. Dixit Dominus ad Abraham: De egressu Abrahæ
de Chaldæa. De descensu eius in Ægyptum.

XIII. Ascendit quoque Abraham: De diuisione Abrahæ
et Loth. Et de promissione terræ Abrahæ.

XIV. Factum est autem: De pugna regum, de victoria
Abrahæ. De obuiatione Melchisedech.

XV. His itaque transactis: De promissione seminis et
terræ. Datur signum Abrahæ.

XVI. Igitur Saraj: De gregitu Agar, et filio eius
et natiuitate Ismaelis.

XVII. Postquam uero: De mandato Circumcisionis.
Et promissione Isaac.

XVIII. Apparuit autem: De tribus uiris qui apparuerunt
Abrahæ. Et gesticulatione Abrahæ ad Deum.

XIX. Venerunt Angeli: De subuersione Sodomorum.
et liberatione Loth, et facto filiarum.

XX. Profectus inde: De peregrinatione Abrahæ in
Gerara. De oblatione et redditione Sarae.

XXI. Visitauit autem Dnus: De natiuitate Isaac.
De eiectione Agar cum filio. De fœdere inito inter
Abraham